

n. 92, 44.

Yc  
4214

X 201 93 41

HORTUS  
BOSIANUS

quoad  
EXOTICA

solum  
descriptus,

à

D. PAULO AMMANNO P.P.

LIPSIÆ

Typis KRÜGERIANIS.

M. DC LXXXVI.



HORTUS  
BOSIANUS

prosp

EXOTICA

foliis

descriptis

4

D. PAUL O. AMMANNIO P.P.

LIPSIÆ

THE REGENTIANIS

M. DC. LXXXV.

V I R O  
NOBILISSIMO, AMPLISSIMO  
CONSULTISSIMO,

DOMINO

C A S P A R I  
B O S I O .

Senatori Reipubl. Lipsf.

Prudentissimo,

Domino suo enixè

colendo,

V. I. R. O.  
NOBILISSIMO, AMPLISSIMO  
CONSULTISSIMO,

Domino

CASPARI  
BOSSIO.

Senatori Reipubl. Lips.  
Prudentissimo,

Domino suo enixe  
colendo.





**NOBILISSIME DOMINE;**



**M**inentissimus Odo-  
ardus Cardinalis Farnesius,  
ante duodecim, & quod ex-  
currit, Lustra, publicari cu-  
ravit ope ac studio Tobia  
Aldini, Hortum suum, ra-  
rioribus quippe vegetabili-  
bus, uti putabat, instructū:  
erant verò illorum numero tantum sedecim, vide-  
licet; Acacia, Hyucca canadensis gloriosa, Mara-  
lco:



cot, sive Flos passionalis, Laurus indica, Convolvulus peruvianus perpetuus, Glans unguentaria, Lilio Narcissus rubeus Indicus, Spinachia fragifera, Ricinus americanus, Campanula exotica, Caryophyllus spicatus, Flos Solis tuberosus, Helleborus niger trifoliatus, Aloe americana florida, Narcissus chalcedonicus prolifer, & Caryophyllus prolifer. &c.

Hæ tunc temporis erant Farnesiana delicia, quibus Roma præ reliquis superbiebat; verum si illa, cum nostris temporibus conferimus, si tuum, *Amplissime*, ingredimur Hortum, opus habemus filo ariadneo, ne in polydædalo Floræ labyrintho hinc inde oberremus.

Non enim impræsentiarum, arbores, frutices, suffrutices, & herbas cujuscunque generis, viridariis aliàs familiares, enumerabo, actum si quidem hoc esset agere; sed solummodò demonstrare hæc vice conabor, Africam, Asiam, & Americam in nostram interea migrasse Europam, & præprimis, *Consultissime*, in Hortum tuum, dum talibus est adornatus Simplicibus, quæ hæctenus nemo hic locorum vidit mortalium.

Etenim, licet à variis Autoribus Exotica hæctenus fuerint descripta, ceu patet ex Horto Malabarico, ex Regio Herbario Dodarti, ex Historia Mexicana Nardi Antonii Recchi, & aliis, attamen in nostra Germania nondum, nisi nomine-  
tenus



tenus, inclaruerunt. Hinc tuæ debemus, *Celeber-*  
*rime*, munificentia, quæ modò intra biennium  
luci publicæ in cultissimo Horto tuo, & Botano-  
philis communicata fuerunt; adeò, ut sine adu-  
latione scribere audeam, tuum vix cedere Hortis  
Hesperidum, fructibus aureis licet, refertissimis;  
auri siquidem sacra fames etiam Draconis excubiis  
in viridario Hesperidum, illudit, si aliqua historicis  
Poëtarum Mythologiis adhibenda fides.

Aurei tui, *Prudentissime*, quamvis naturâ non  
sint, sunt tamen reverà caritate, & amœnitate ta-  
les, ideò non ambigat aliquis hîc, *Hesperides Bo-*  
*fianas*, hoc est, malorum aureorum, & citriorum  
differentias conscribere, quod olim effectui dedit  
Johannes Baptista Ferrarius, & antiquissimæ, ac  
nobilissimæ Senarum civitati consecravit, quem  
postea Clarissimus Commelinus in Hesperidibus  
Batavis, & venerabilis Franciscus van Sterbeek,  
in Citri-cultura sunt secuti.

Ad Farnesium ut revertamur, omnia ibidem  
enumerata, unicâ exceptâ Balano myreplicâ, vi-  
deri possunt in areolis, atque vasis Floræ tuæ philu-  
reæ. Provoco ad autopsiam, & æquissimorum  
Rei herbariæ æstimatorum epicrisin, hi nempe li-  
tem (si hâc de re ulla esset) facile possunt decidere.

Et licet tua modestia non patiatur comparari  
cum aliquo Purpuratorum Patre; non dedignabi-  
tur tamen ea, quæ propitia veritas in æternitatis  
dipty.

✿) ( 8 ) (✿

diptycha semel retulit, patulis auribus attendere, nec prohibebit, quò minus illud, in quo Farnesianum tuus antecellit, curiosorum animis pariter atque oculis subjiciatur.

Novi equidem, *Clarissime*, quid Botanices imperiti hac in re objicere soleant, Exotica nempe talia, nostris in Regionibus non toleranda, quia ipsis carere queamus, dum nostra Simplicia ejusdem, si non majoris, sunt efficaciam; ast profectò hæc oppositio vix casû nuce digna; ideò quæsitum venio ex iis, quid aromatum cardinalium loco, ex penu nostratum substituere velint? affaniam sunt, & jamdudum ab Excellentissimo Pisone in Mantissa aromatica ad ravim usque, discussa.

Deinde putant, icones rariorum, & sculpturas appetitum nostrum terminare posse, ut adeò vix opus sit tantis impensis è longinquis oris, illa arcessere: hoc cordiam hoc arguit supinam, quam fallaces sint icones, quam incertæ sculpturæ, non una res loquitur; evolve in Breynio, Kali africanum folio viridi longissimo, tereti, Flore rutilo. purpuras cente, & contemplare, utrum icon ista sit Archetypo responsura? eundem defectum reperies in Actis Hafniensium circa descriptionem Ficus africanæ triquetrae, quandoquidem cum re ipsa nullo modo convenit: quid loquar venustatem Leonuri africani? certè autopsia elegantiam naturæ in hoc Flore magis manifestat, quam

OCU-





pietura! ut fileam alia phœnomena, quæ ex  
oculari feminum, & germinum contemplatione  
oriuntur! suppeditet, quæso, Antagonista Exoti-  
corum, rationes, cur Chrysanthemum aphyllan-  
thes ex promontorio Capitis Bonæ Spei, vergente  
sole, discum deorsum inclinet? cur Kali africa-  
num chrysolithi colore circa meridiem, sese sta-  
tim contrahat, cur chama-cristæ pavoninæ, ut &  
onobrychis indica foliis mimosæ, Solem meridia-  
nam non tolerant? cur circa occasum Solis Sophe-  
ra, Senna Ceylanica, & Uxana sese contrahant? cur  
Trifoliū Blesense semen suum sub terra perficiat?  
hæc & alia Problemata, nec Librorū, nec Iconum  
præstantiæ, sed unicæ debentur autopsiæ: hinc fal-  
sus est Scaliger, quando alicubi scripsit: facilius est  
me discere ex libris, præsertim in urbe habitantem,  
aut melioribus occupatum, quam colles, aut  
prærupta montium perrepere, ut unicam stirpi-  
culam eruam: discas, quæso, ex libris, nobis est  
potior fides oculata.

Sonticum omnium est, quod regeri tandem  
audio, nempe Exotica ejusmodi, climati nostro  
non esse adsueta, ideò accedente hieme citra spem  
fructificationis vicissim perire, atque sic intentio-  
nem possidentis frustrari: verum diligentiam hic  
opus est, & prudentia singulari, ut cujuslibet ob-  
serves indolem & genium, quo calore, quo aëre

B

vel





vel aura quod libet illorum gaudeat, fruique exoptet, sic enim impossibilitas hæc; quam plurimi hoc in negotio sibi fingunt, de subito evanescet: siquidem, labor improbus omnia vincit.

Hac ratione, *Colendisime*, vigilantia Hortulani tui, Eliæ Peinii, hiemis præteritæ imperium tolerarunt, & per eandem huc usque facta tecta conservata fuerunt, Acaciæ variæ, Leonurus africanus, Ficus africana folio triquetro, Sedum africanum Budæi à Stapel, Apocynum africanum aphyllum, aizoides, Solanum africanum spinosum fructu ex viridi eburneo, Geranium aquilegiæ foliis, &c. quid ni & alia perdurabunt, modò genius illorum observetur sedulò! cui negotio maximam insuper spem facit Hibernaculum hac æstate noviter exstructum, quo ad methodum modernam Exotica tractari, atque climati nostro inseri, per quam commode possunt.

Patere idcirco, *Coniunctissime*, ut Hortum tuum (quo ad Exotica solum) penicillo Botanico describam, concede, ut elegantiora, & rariora curiosorum animis contemplanda exhibeam, & tandem indulge affectui in Te meo, siquidem nec adulationis, multo minus φιλοκερδείας ergò, hæc à me suscipiuntur, sed unicè, ut, quanti Amplitudinem  
tuam

⊗( o )(⊗  
tuum æstimem, & quanto perè Eidem ego devin-  
ctus sim, publicè contester. Scribeb. Lipsiæ Her-  
mundurorū, ipsa die, quā *BUDA* feliciter ex-  
pugnata, & quā *VIR* de publico Egregio summè  
meritus, *ADRIANUS STEGERUS*, Pa-  
tria suæ *COS* fuit electus, die vid. <sup>23. Aug.</sup> <sub>2. Sept.</sub> Anno  
M. DC. LXXXVI.



A.



Bel-mosch Ægyptiacum, five althæa ægyptiaca  
moschata, Morisonii in Historia Oxoniensi  
p. 533.

Abel-mosch indicum, vel Alcea indica,  
magno flore, villoso, moschato semine, si liquâ pentago-  
na, vid. Pisonem l. 4. c. 45. & Horti Malabarici Tom. 2.  
p. 71. 72.

Absinthium arborescens Lobelii p. 336. & Ioh. Bauhin.  
Tom. 3. l. 26. p. 173. Casp. Bauhin. Pinac. p. 139. nomine  
Abrotani lati-folii arborescens.

Acaciæ variæ, v. g. Prosperi Alpini, Veslingii, ex  
Surinama, spinosæ, & non spinosæ.

Aconitum cæruleum hirsutum, flore Consolidæ  
regalis.

Adamboe, vel althæa arborescens indica, flore pur-  
pureo spicato. Hort. Malab. T. 4. p. 45.

Agaty est arbor Indiæ Orientalis Sesban. affinis, si li-  
quis articulatis. Hort. Malab. Tom. 1. p. 95.

Alcea Pernambuccana Carpini, Ulmi, aut Melochiæ  
folio, flosculis minimis luteis, semine compresso, rostro  
simplici, Morisson. in Hist. Ox. p. 528.

Alcea Virginiana Carpini folio, flosculis luteis mini-  
mis, semine triangulari, duplici rostro, seu aculeo prædi-  
ta, annua. Morisson. ibid.

Althæa arbor flore amplo purpureo cæruleo spi-  
cato.

Althæa

Althæa arborefcens montis Olbiæ. vid. Malva frute-  
fcens folio acuto auriculato hederæ inftar.

Althæa Ceylanica fructu hispido lappaceo.

Althæa indica Acetofæ fapore.

Althæa veficaria ex Promontorio C. B. S. Morif-  
fonii.

Amaranto affinis Indiæ Orientalis floribus glome-  
ratis Ocymoidis folio. Breyn. Cent. 1. p. 109. 110.

Amygdulus africana nana flore pleno, incarnato, vel  
Perfica malus, nana africana flore pleno.

Complures emittit virgulas lignofas, flexiles ruben-  
tes, alternatim adhærent folia femidigitalia in obtufum  
tendentia mucronem, malo Perfica anguftiora, pallidè  
virentia per ambitum leviter ferrata, crebrioribus venis  
& rugis infcripta, prodeuntibus ad fingulorum exortum  
binis ex adverfo tenuiffimis corniculatis villis, velut in  
communi Perficâ. Ad fumitates virgularum oriuntur  
flores parvi incarnati rofei coloris, infidentes quinque ra-  
diatis calycibus, modò multiplici, aliquando fimplici pe-  
talorum ferie referti, coloris incarnati, rofei jucundiffi-  
mi, odoris languidi. Hos excipiunt fructus rotundi sub-  
hirsuti, Perficæ quidem haud abfimiles, fed triplo mino-  
res, faporis non adeò grati: virgulis junioribus fole sub-  
merfis, de facili propagatur.

Anagallis tenui-folia flore lazureo magno, Monelli  
vid. Clufium in Appendice altera.

Ananas Oviedi eft Pinus indica, cujus descriptio-  
nem exhibet Guilielmus Pifo. p. 195. Nardus Anton. Rec-  
chus in Hift. Mexic. p. 211. Hort. Malab. Tom. 3. p. 8 & 23.  
& Clufius p. 284.

Apios americana Jacobi Cornuti de plantis Cana-  
denfibus. p. 201. videatur Astragalus americanus.

Apocynum americanum foliis Androsæmi majoris,  
floribus Lili convallium Dodarti p. 59.

Apocynum Syriacum majus rectum fl. rubro, lon-  
ge distat ab eo, quod describit Cornutus, conferantur!

Aster novæ Belgiae, latifolius paniculatus floribus  
saturatè violaceis.

Elegantissimus hic Aster humanam altitudinem  
longè superans, fundit radicem albam lignosam, peren-  
nantem, innumeris tenuissimis fibris, capillatam, ex quâ  
assurgunt virgulta quamplurima, glabra, purpurascen-  
tia, calami crassitie, infirma, circa fastigia in frequentes  
surculos quasi in speciosam panniculam collectos, subdi-  
visa. His strictè adhærent folia absque petiolis, digitum  
longa, duosque transversos lata, plana, crassiuscula, mu-  
cronata, altera parte glabra, lætè viridia; altera ex viridi  
palescentia, numerosis exiguis venulis, è media costa  
oriundis, inscripta, ad extimos limbos purpurascencia,  
& aliquando levissimis, vix conspicuis crenulis exaspera-  
ta, quæ autem ex radice immediatè prodeunt, superiori-  
bus ampliora sunt, fulta petiolis digitalibus, alatis, ex  
viridi-rufescentibus. Juxta surculorum vestigia eminent  
capitula parva brevibus augustissimis foliolis, squamatim  
dispositis, vestita, quibus singulis insidet flos stellatus,  
Asteris attici tacie, inodorus, radiatus, discoideus, radiis  
purpureo-violaceis, disco parvo flavescente, abeunte in  
femina papposa cinerea, more congenerum.

Aster novæ Belgiae latifolius, umbellatus, flore di-  
lutè violaco.

Forma & crescendi modo cum superiori congruit,  
ferens radicem longè lateque repentem, albam, parum  
fibrosam, ex quâ prodeunt folia præcedenti haud absimi-  
lia: sed paulo angustiora, rigidiora, minus glabra, &  
quadanteuus sinuata, intra hæc eriguntur canles bicubita-  
les,

les, viridantes, ad radicem parum vel nihil rubentes, striati, superioribus rigidiores, duriores & robustiores. Circa summa fastigia in frequentes foliosas alas magis expansas, umbellam mentientes, divisi, sustinentes in capitulis parvis, ex longioribus foliolis squamtim dispositis, Flores priori paulò majores, ex diluta purpurâ violaceos, petalis duplici serie sibi invicem incumbentibus, disco luteo.

*Astragalus africanus odoratus* Petri Magnoli. pag. 285. fert florem luteum papilionaceum in spicam dispositum, odoris ad carhyophyllos aromaticos accedentis. Breyn. Cent. 1. p. 1m. 72.

Adspectu pulcherrima est hæc Astragali species, quæ in Africæ littorali parte, quam Barbariam vocamus, circa propugnaculum dictum la Tour de France, crescit, unde delatum habemus, & in hortis colimus. Radix ejus longa & crassa est, folia ex variis Capitibus orta, & in Orbem disposita, plurima habet, lobata, semunciam lata, unciam longa, inperius & inferius glauca, in marginibus tantùm pilosa, in quarum costis, quæ etiam pilosæ sunt, quindecim & viginti foliorum conjugationes numerantur. folio ultimo semper impari, inter quæ scapi plures oriuntur pedales, spicam florum papilionaceorum sustinentes, qui ex luteo pallidi & odoratissimi sunt, ipsisque succedit filiqua tumida, villosa, paulò major, quam filiqua cicerum, subtus per longitudinem concava, in extremitate mucronata, duos seminum ordines continens, quæ majora sunt, quam semina Astragali boetici Clusii.

*Astragalus americanus* Cornuti, perennis, spicatus, odoratus, flores fert papilionaceos, coloris obscure-cœrulei, vel potius obsoleti aut fuliginei, in spicam congestos.

*Astragalus Canadensis*, flore ex viridi flavescente  
Dodarti p. 65.

757/10

Astra-

758/16

**Astragalus luteus annuus Bæticus martimus rectus.**  
**H. O. p. 108.**

**Astragalus luteus perennis filiqua gemellâ, rotundâ,**  
**vesicam referente. ibid.**

**Astragalus Monspeliensis procumbens floribus o-**  
**chro-leucis filiquis rotundis & valde incurvis.**

**Astragalus purpureus annuus filiquis utrinque**  
**dentatis ferræ similibus, Ibid. p. 107.**

Ba.



B.

**B**Adiany Siberiæ, Fæniculum Sinense Francisci Redi, Anisum Insularum Philippicarum Clusii, & Cardamomum Sberienſe Patavinovum, nec Anisum, nec Fæniculum est, ſed fructus ſtellatus octacinoïdes, heteroclitus.

Balanghas, ad cydoniam referenda, & convenit cum Cavalan Horti Horti Malab. T. I. p. 89. vel cum Marmelos Garziæ ab Orto: ſed Balanghas fructum fert majorem, pulpamque acidioſam.

Barba Iovis flore purpureo, eſt Lagopus fruteſcens folio candicante.

Batattas, ſive Camnotes Hispanorum Clusii, l. 4. Rar. Pl. c. 51. & Recchi l. 8. Hiſt. Mexic. c. 54. vel Siſarnm Peruvianorum, eſt genuinus Convolvulus, & quidem indicus, orientalis, edulis, H. O. p. II.

Bilimbi deſcribitur à Bontio l. 4. c. 42. nomine Bilimb ng. atque obſcuram ejus exhibet figuram, Zannonius pariter, qui nullam adjicit deſcriptionem; fructus ipſi, quandam ſimilitudinem videntur habere, cum Carambolas; cætera vero harum arborum minime inter ſe conveniunt.

Bupariti eſt alcea indica arboreſcens, folio Populi, vel cordi-formi, flore ephemero, ex albo flaveſcente, Hort. Malab. T. I. p. 51.

C

Calen-



## C.

**C**alendula africana dispermos radio supernè albo, infernè violaceo, disco luteo, cui singulari naturæ artificie granata atro-purpurea sunt aspersa.

Canna iudica angustifolia flore sulphureo cochleato, est Albasia Pison s. p. m. 213.

Canna indica major & minor flore purpureo.

Capparis spinosa fructu minore folio rotundo, ad differentiam Capparis fabaginis, vel leguminosæ.

Caprifolium sive Periclymenum perfoliatum virginianum semper virens & florens, flore coccineo. Frutex hic virginianus eleganti perpetua coma viget & floret, folia sunt rotunda lucida, infernâ parte magis incana, flores ad summos viticulos ordine quasi verticillato prodeuntes, odore equidem nullo evidenti sunt, ast colore amœnissimo, fulgenti cocco splendente effigièque tubum venatorium perbellè exprimunt, orificio in quinque æquales crenas laciniato. E medio profluunt stamina lutea apiculata cum stylo pallido longiori: singulis floribus subjicitur capitulum parvum herbaceum lucidum, fructus inchoamentum, quod in baccam abit, more congenerum.

Capficum africanum minimum nam filiquâm vix obtinet uncialem, florem fert Capfici majoris more.

Carambolas fructus est arboris Malabaricæ, quæ Tamara-Tonga dicitur. Hort. Malab. Tom. 3. p. 51. Bon-tius lib. 6. c. II.

Carduus Mariæ Syriacus Camerarii flore candidissimo.

Carduus picno-polycephalus Triumfetti flore atro rubente. p. m. 100. 102.

Cedrus, vel Juniperus ex insulis Bormndianis.

Chamæ

Chamæ-cistus africanus aizoides flore rubello.

Chamæ-crista Pavonina americana filiqua multipli-  
ci Breynii. Cent. 1, p. 66. refectur in Hort. Malab. Tom. 6,  
p. 2. ad Acacias Farnesianas Aldini: verum rectius adnu-  
meratur Sennæ occidentali toliis Herbæ mimosæ, flores  
fert luteos tetrapetalos, intus staminibus purpureis, cum  
stilo albo è centro umbilici prodeunte.

Cheru-Chunda Horti Malab. Tom. 2, p. 67. est So-  
lanum spinosum indicum Borriginus flore, fructu cro-  
ceo rotundo minutissimo. Semina nunquam observare  
licuit, quippe est planta perennis, radice per terram lon-  
ge lateque repente, donata; ideoque natura minus produ-  
ctioni Seminum intenta, quod in pluribus repentibus,  
notatum fuit.

Chondrilla Tingitana flore aureo, extus circa Pe-  
rianthium circulo purpureo notata.

Chrysanthemum aphyllanthes repens, ex Promon-  
torio C. B. S. vid. Bellis apetala lutea Arnoldi Syen apud  
Breyn. Cent. 1, p. 156.

Chunda Horti Malab. Tom. 2, p. 69. est Solanum afri-  
canum spinosum arborescens, nigricans, pomiferum,  
venenatum, perenne, foliis profundè laciniatis: poma  
sunt unâ parte viridi, altera colore eburneo; dicitur Ma-  
lubaricis digestionem adjuvare, sed quâ erit venenatum?

Cistus Ledon, vel ladanifera, flore albo, five candor-  
is emaculati: ληδος dicitur, quia folia ejus nec lævia, nec  
nitida sunt, sed scabra & pannosa: Ledos non vestis est  
ex panno raro, & detrito.

Cistus mas Clusii, folio oblongo incano C. B. Pin. p. 464. vel Cistus mas quartus Monspeliacus I. B. Tom. 2,  
lib. 13. 3. 5246

Cistus fœmina flore albo, Monspeliana. I. B. T. 2. lib. 13. 4. vel Cistus fœmina fol. Salviæ. C. B. Pin. 464. 5247

C 2

A Cle-

er-  
icic  
to,  
dif-  
rgi-  
utex  
ret,  
flo-  
ode-  
mce-  
ve-  
qua-  
utea  
ribus  
fru-  
nge-  
n vix  
quæ  
Bon-  
lidis-  
atro  
amæ-

Clematis americana tetraphyllos, filiquosa, foliis lauri, floribus Calathinis purpureis Dodarti. p. 71.

Clematis folio hederaceo virginiana, hoc anno 1686. transmissa à Clematide hederacea virginiana Cornuti multum differt, ceu patebit ex collatione.

958115

759124

Clematis Passionalis triphyllos flore luteo Morisson.

Clematis Passiflora trifolia flore roseo clavato.

Clematis Passionalis lati folia, sive pentaphyllos flore roseo clavato, est Marucuià prima Pisonis l. 4. p. 247.

Clematis virginiana filiquosa Cornuti, foliis Sorbi, floribus calathi instar oblongis, coloris dilutè punicei vid. Ioh. Bapt. Ferrarium de Cult. Flor. p. 199.

Codeffo, ex Lusitania, est cistus flore purpureo.

Colchicum ceylanicum flore ephemero, violaceo odorato.

Colutea æthiopica flore phæniceo Barbæ Iovis folio.

Colutea Ceylanica marina, foliis argenteis, floribus luteis, filiquis teretibus, articulatis, seminibus globosis spadiceis.

Colutea Cretica odorata Prosperi Alpini p. 17. aliàs Coronilla Hispanica dicta.

Conyza major, alato caule, foliis Primulæ Veris, longè amplioribus graviter odoratis vel fœtidissimis, Triumphetti p. 65.

Corallina Ceylanica & lavanica sunt arbores peregrinæ spinosæ, semina in filiquis oblongo-rotunda ferentes, quæ habent quodammodò colorem Corallorum, quem Clusius p. 253. cum Ferrario p. 380. ob denegatam Avtopsiam floribus perperam tribuit; cæterum figura Clusii cum arbore Ceylanica nostra exactè convenit.

Crista Pavonis flore albo ex Surinama est Colutea Indica platycarpus flore pavonino. Breyn. Cent. 1. p. 62. Hort. Malab. Tom. 6. p. 1. ob floris similitudinem dicuntur

tur

cur Paawen-Staarten sine Caudæ pavoninæ, Ceylonensibus  
autem vocatur Monara-Kudimbija.

Crotalaria asiatica frutescens floribus luteis amplis,  
vel Laburnum Ceylanicum floribus ex luteo & rubro va-  
riegatis, filiquis bullatis, est Cytisus Ceylanicus foliis La-  
burni. vid. Breynii Prodrum. p. 40.

Curcuma five crocus indicus subterrestis, hinc Lu-  
fitanis Saffran da Tierra, germinat quoad folia, sicut can-  
na indica, sed flore est pulcherrimo purpureo juxta Bon-  
tium lib. 6. p. 116. 117. Clus. 210. 211. ast, quoniam loco cur-  
cumæ, depingit Cannam Indicam, hæremus pronuncia-  
re, quod flos sit coloris purpurei, usque dum ipsum flo-  
rentem viderimus.

Cyanus africanus flore fistuloso luteo magno, Do-  
dardi. p. 75.

Cynoglossum maritimum folio glauco, flore cæ-  
ruleo Parkinsonii.

Cytisus Marantæ est Medica falcata frutescens flore  
luteo papilionaceo.

D

**D**atura di Coccino spinosissima, Jacobi Zannonis p.76.  
 Datura Iavanica foliis spinosissimis, floribus colore  
 in totum ex cæruleo-purpureo-rubro-fuscis, qui color in  
 calyce magis lucefcit, cum in gemmis sunt, pars interior  
 campanæ albicat, at exterior quoque in totum purpureo-  
 rubra est, & hæc est Nila-Humatu Horti Malab. Tom. 2,  
 p. 49.

Datura indica flore triplici prolifero albo, Horto Ma-  
 labarico Mudela-Nila-Humatu, vocata. Tom. 2. p. 51.

Dentaria indica floribus Echii albis, capsulâ rotundâ  
 instar Anagallidis, in quâ continentur semina Asperulæ  
 odoratæ similia. Dodart. p. 77. Hort. Blesens. 259.

Digitalis americana folio serrato, aut foliis Perficæ  
 Dodarti p. 49. & Horti Bles. p. 274. non est Digitalis, sed  
 magis Dracocephalus americanus, floribus subpurpureis  
 amplis, pertinetque ad galleatas.

Dracantium Indicum maximum.

## E.

**E**phemerum Matthioli planta bifolia, lævis, flore albo  
 Blattariæ-affinis esse videtur, quoniam foliis prodeunt ob  
 longis, latiusculis versus caulem duriusculis, glabris velut  
 Isatidis foliis, sed tamen minoribus, cingentibus ad geni-  
 cula cauliculos quamplurimos rotundos, altos satis, non  
 sine adnatis aliis minoribus, quos superius spicatim con-  
 vestiunt candidi flosculi, quinque petalis constantes haud  
 magnis, nec Ephemeris; singulis in extremitate subro-  
 tundis successivè à medio caule ad summum prodeunt,  
 & se expandentes, quibus singulis succedunt capsulæ ro-  
 tundæ quinquefariam sectæ, seu quinis loculamentis di-  
 stinctæ, atq; in singulis plurima semina minuta, nigra con-  
 tinentur Blattariæ seminum ritu, Moriss. Hist. Ox. p. 491.

Ficus

F.

**F**icus africana aizoides major, procumbens, folio triquet-  
tro, fructu maximè eduli, vulgò Hottentotts-Feigen,  
quoniam incolæ Hottentotti circa Promotorium C. B. S.  
mirum in modum iisdem delectantur.

Ficus africana aizoides folio triquetro ensiformi, in-  
star clunacii vel gladii, quem vulgò Hirschfänger oder  
Rücken-Streicher vocant, convenit aliàs cum priori (ex-  
cepto folio triquetro plano) in omnibus.

Filix sensitiva virginiana Osmundæ facie, ad nos,  
inquit Stapelius p. 320., ex India occidentali, ex Virgi-  
niis planta quædam allata, foliis Osmundæ, sive filicis  
aquaticæ, latioribus tamen, totâ alioquin facie filicibus si-  
milis, hæc humanum tactum ferre non potest, non tamen  
fugit: quâ parte ab homine tacta est, altero aut tertio, non-  
nunquam quarto die rubiginosa quædam apparet macu-  
la, non secus, ac gangræna, humanû depascit corpus, & to-  
tum sensum occupat, ac exstinguit, sic totum folium per-  
currit, & exsiccat, hinc vulgò SENSITIVA dicitur abusivè.

Fritillaria crassa Capitis Bonæ Spei, Budæi à Stapel  
p. 335. malè sic vocatur, & imposuerunt Autori prædicto  
maculæ floris Viperinæ vel Fritillaræ, ideò propter fili-  
quas gemellas erectas, quæ semen compressum membra-  
naceum orbiculatum, cum candidâ sericea in summo lanu-  
gine, continent, rectius appellatur prædicta elegantissi-  
ma planta, Apocynum africanum humile, denticula-  
tum, aphyllum aizoides.

Flos quinque constat foliis tenacibus, in extremitate  
acuminatis, quæ corollam in medio positam cingunt,  
quæque illam attingunt lata sunt & orbiculato margine in  
acumen vergunt, corolla protuberat, intusque conca-  
vum habet, cui alter quasi flosculus infidet, præditus quin-  
que

13



que mucronatus foliolis in extremitatibus fuscis cætera luteis staminibus aliquot in centro phœniceis: color floris externus sordidus purpureus est, intus fundus luteus maculis furvis undique conspergitur, tam in foliis, quàm in corollâ, quo flos, foliis nectitur, striis purpureis distinguitur.

Hæc est descriptio floris ex Budeo à Stapel; verùm ne centesimam pulchritudinis partem Autor hic expressit, aliam, & longe elegantiores faciem præ se fert, si per Microscopium visitur, videlicet, antequam flos sese expandit, pentagonus præstò est folliculus, externè sub spadicei coloris: aperto flore, intus petala maculis atro-purpureis sunt undique circumspersa instar Tigridis, fundo ochroleuco rugoso, postea in centro apparet corolla, etiam si: maculata, ochroleucas, cui quinque Ligulæ, atro-purpureis guttis notatæ, innascuntur, semi digitum circiter latæ, & in extremitate bifidæ, ac sinuosæ, coronæ quasi agglutinatæ; deinde in interstitiis ligularum prodeunt quinque protuberantiæ dilute-purpureæ angeli formes, id est, faciebus angelicis, quas pictores in communi pingunt, haud dissimiles, supra has assurgunt quinque proboscides punctis fuscis per totum insignitæ ochroleucæ, intra quarum finum emergunt tandem quinque cristæ, quas exhibet Amarantus cristatus, sed colore quasi aureo, & pariter maculis atro-purpureis ornata.

D

Galegâ

G.

**G**alega indica heccedecaphyllos est Senna Ceylanica major.

Galega indica hexaphyllos, est Senna herbacea Ceylanica minor hexaphylla.

Genista æthiopica flore cæruleo dispermos, semine oblongo lucido nigro. Breynus Cent. 66. 67.

Geranium africanum Alchymillæ folio maculoso, & piloso floribus ochroleucis, rostris cernuis.

Geranium africanum Aquilegiæ folio tuberosum & nodosum noctu olens, flore constat obscure viridi dilute luteo, ve ejusdem (si maculas exceperis) coloris, qui inest Geranio tristi Cornuti.

Geranium africanum arborescens, ibisci folio, rotundo, Carlinæ odore.

Geranium africanum Malvæ folio odore radicis Cyperi longi.

Geranium triste, vel filipendulæ folio, Cornuti, radicem habet ex multis nodulis longis, Lili-aspodeli punicei modo, conflata, color petalorum est buxeus, singulaque gemina veluti acini macula, purpurascens, inficit, scribit Cornutus, & ex eo Morisonius: verum nescio quid sibi velit color buxeus? singula potius petala, intus maculâ per longitudinem atro-purpureâ sunt notata, eo modo, quo Lychnis lusitanica, roseâ est insignita; stamina præterea quinque lutea conspiciuntur, reliquum Latitudinis intus in petalis ex viridi sub-luteum apparet, subtus petala dilute viridia visuntur: suavitas odoris est præsertim Lunâ accedente.

Hedy-

H.

**H**edysarum triphyllum Canadense Cornuti, est Onobrychis major perennis Canadensis triphylla, filiculis articulatis, aiperis, triangularibus.

Heliotropium americanum flore cæruleo foliis

Hormini. Dodart. pag. 83.

Herba viva (sentiens, mimosa, casta) superba dicta.

Herba mimosa Spuria Pernambuccana Zannonis pag. 151.

Herba viva ex Surinama maximè sensitiva, id est, quæ contacta non solum contrahit folia, sed in simul caules.

Herba viva Brasiliana videtur Onobrychis folio mimosæ.

Hesperis Melancholica quibusdam Levcojum tale, (propter florem luridum, vel atro-purpureum, qui Melancholicis familiaris esse creditur) ex Syriæ maritimis proveniens est flore fusco, & seminibus articulatis. Morison. Hist. Oxon. p. 252.

Horminum indicum flore maximè variegato Catal. Hort. Reg. Parisiens p. 89. describitur à Morison. in Hort. Blesensi. p. 272. nomine Hormini majoris amplo flore violaceo, lobis florum punctis aureis, aut purpureis notatis.

I.

Iacea Cretica spinoso capite flore purpureo Zannonis.  
pag. 105.

Iacea montana candida laciniis Stoebes Triumffetti.  
pag. 72.

Iacea Pini-phora vel capite pini incana Dalechampii.  
pag. 1192, 1193.

Iacobæa Sicula Chrysanthemi facie Bocconis. p. 66.

Iasminum Sinense flore flavo odoratissimo Joh. Bapt.  
Ferrarii de C. F. p. 293.

Iris uvaria Budæi à ytapel p. 335. olim sic dicta fuit,  
postquam verò à sagacioribus naturæ cultoribus sufficien-  
ter examinata, erit imposterum vocanda, Aloë africana  
angustifolia foetida folio triangulari. Florem habet colo-  
ris phænicei, uvulis deorsum dependentibus capitelli vel  
cunei formam habet caulis bicubitalis, rotundus, coloris  
fusci, folia longa digitum lata utroque latere acuta gladioli  
forma, flos foetidi odoris est &c.

# K.

**K** Ajana est arbor fabitera trifolia, Salviæ foliis, floribus luteis elegantissimis, spectatque Phaseolos.

Kali africanum aizoides minus erectum folio triangulari, glauco, flore luteo.

Kali triangulare viridi folio flore intus aureo foris purpureo.

Kali africanum aizoides folio tereti procumbens flore purpureo.

D 3

Lathy

nonis.  
ffetti.  
ampii.  
s. p. 66.  
Bapt.  
a tuit,  
ficien-  
fricana  
i colo-  
elli vel  
coloris  
ladioli  
Hajana



L.

**L** Athyrus Tingitanus flore ruberrimo Morissonii.

Lathyrus tingitanus vicioides floris vexillo phoeniceo, foliis labialibus albescentibus, siliquis Orobi.

Laurus americana Aldini in Horto Farnesiano cap. 4. p. 61. an sit arbor Canellifera? declarabit Autopsia: hoc certum est, Laurum Ceylanicam baccis calyculatis suppeditare cinnamomum, sed an de hac prædicari possit, tempus aliquando docebit; interea vid. Hor. Malab. Tom. 1. p. 107. 110. & Francisci van Sterbeeck Citri-culturam, pag. 254. 263.

Leonurus africanus, vel ex Promontorio C. B. S. non est Sideritis africana, sed planta fruticosa, verticillata, Marrubio (dicto Cardiaea) cognata, flore galeato vix labiato, aureo. croceo, holoserico, villoso, in longissimum tubum productum, foliis Sideritidis graveolentibus, saporis aromatici, seminibus quaternis oblongis angulosis, spadicis in utriculis membranaceis apertis in extremitate quadrifidis. Propter amœnitatem coloris & copiam florum, nemo sine miraculo hanc potest intueri, & longè felicius elegantiam naturæ in hoc frutice apprehendit ocularis inspectio, quàm pictura.

Leonurus americanus constat radice annua floribus & seminibus brevioribus, foliis amplis ex latitudine in acumen desinentibus, subtus incanis, odoratis, caule quadrangulo, ceu patuit ad oculum cuivis, hanc 1686. intuenti.

Leucojum africanum folio Coronopi, flore lini cæruleo.

Lilium Zeylanicum superbum, radice tuberosa, florum petalis coccineis fimbriatim reflexis, Nijaghala Zingalensibus.

Limo-

*Limonium elegans Syriacum Rauwolfii*, non est  
cichorium globulare Imperati, quia non lactescit.

*Lobus echinatus Clusii* in Hort. Malab. Tom. 2. Fig.  
22. p. 35. 36. Caretti vocatur.

*Linum umbilicatum Parkinsonii*, propter aspera fe-  
mina ad finem *Cynoglossæ* pertinet.

*Linaria americana maxima*, tri-tetra-phyllos, flore  
purpureo amplo.

*Linaria annua Chaleppensis* flore albo Morisson.  
Hist. Oxon. p. 502.

*Lotus argentea Cretica* flore luteo Morissonii Hist.  
Oxon. p. 175.

*Lotus tetragonolobus* flore luteo Petri Magnoli.

*Lotus tetragonolobus oligoceratus* annua flore sa-  
turè-rubro vel holoserico coccineo.

*Lychnis africana Pseudo-Melanthii* flore, sive *Ly-*  
*chnis* foliis glabris calyce duriore Bocconis. p. 27.

*Lychnis Myrtifolio frutescens*, Been albo similis,  
flore carneo. Hist. Oxon. p. 538.

*Lychnis lusitanica hirta minor*, flore variegato,  
vel *Echii Cretici floribus* Dodarti. p. 99.

**Malva**

M.

**M**Alva americana palustris, folio Ricini, Lobelius p. 292. 295. est althæa Ricini folio virginiana, quam plenius describit Hortus Lugdunensis Excell. Dn. Herrmanni. p. 22.

Malva frutescens folio acuto auriculato hæderæ instar vid. Althæa arborescens montis Olbiæ.

Mandathya Cingalensium est Phaseolus arboreus, alatus, fructu prorsus coccineo orbiculato compresso.

Moringeros Christophori Acoftæ est arbor filiquosa floribus papilionaceis albis, amplis, filiquis longis angustis triangulis seminibus itidem trigonis, figura, magnitudine & formâ quodammodo etiam colore proximè ad Balanum Myrepicam accedentibus inclusis pulpâ albicante fungosa. Clusius p. 278. nomine Moringæ, Dalechamp, p. m. 1685. Acofta p. 262.

Melianthus africanus radice nititur vivaci lignosâ, crassâ, pallidâ brachiata longo profundoque reptatu hinc inde diffusa. Scapo multiplici supra viri altitudinem assurgente, viroris ac vigoris perpetui, pollicem crasso, rotundo striato, scabro, geniculato ad radicem lignoso, solido, in progressu ex ruffo virente, & ubi in floriferam spicam fastigiatur punicante, facilè ex geniculis in terram demissis sese propagante.

Foliis pinnatis facie Pimpinellæ ast sexduplo amplioribus, rigentibus, nervosis per ambitum profundius serratis colore in glauco virente, costâ media ad summum usque, cui folia ex adverso strictius adhærent, alata & crenata, parte verò imâ & pronâ connecta folia digitum longo concolori, integro, lata suâ carinatâque basi, quâ ad scapi genicula prorumpit in mucronem porrecto & costæ, instar lingulæ incumbente, odore fœtido narcotico gravi, sapore herbaceo & parum adstringente.

Flori-



Foribus in summo numerosis, nudis, ex nigro puniceis, in spicam congestis, hærentibus ex petiolis longulis punicantibus, tenui rarâque, concolori lanugine, pubescentibus, quibus singulis subjicitur foliolum nunc puniceum, nunc ex puniceo virescens, unguem adæquans, & in deltoideam effigiem gracilescens.

Idem flos ut plurimum constat quinque petalis ex floribus fundo ampliori, cui arctè junguntur, in longum protensis, duobus supernis latioribus & longioribus, binis lateralibus brevioribus & angustioribus unico inferno brevissimo carinato. Hoc in flore constanter deprehenditur, reliquorum verò numerus & amplitudo variant.

Ex his profluunt decem stamina punicei saturati coloris, quinque longiora & tenuiora, apicibus flavescens parvis, totidemque breviora, & apicibus robustioribus, levissimâ concussione deciduis. Inferiori petalo includitur receptaculum Carini-forme cartilagineum, refertum liquore melleo, diluto, puniceo, saporis vinosi jucundissimi, hinc à Belgis ad Bonæ Spei Promontorium degentibus non inepto nomine Melianthus, sive Flos mellis appellatur.

Mellei verò hæc substantia ne utiquam videtur productum roris, seu aeris in flore collecti, sed eo ipso, quò flos perficitur, incipit ex porulis, & villulis internæ floris baseos, instar subtilissimi vaporis, emanare, & in hiantem hanc carinulam deponi. Sive enim plantam mox flores purituram aeri liberiori exposueris, sive in conclavi diligenter custodiveris æquam mellis proportionem observabis, tantâ utrobique ubertate, ut in subjecta folia stillatim defluat.

Mellis, florisque exanthesi sequitur vasculum ventriosum: membranaceum, facie & magnitudine Nigellæ fructum adæquans, tetragonum, quaternis dissepimen-

E

tis

tis distinctum, quasi ex totidem vasculis esset compactum, singula continent semen ovale, nigrum, lucidum, Semini Pæoniæ suppar. Sponte suâ luxuriat in locis udosis & paludosis ad Promontorium Bonæ Spei. Transposita in hortos miru in modum multiplicatur, brumam rigidiusculam quamvis patienter ferat, tamen custodienda est in commodo hibernaculo, ne flores, quos mediâ sæpe hieme suppetere solet, vitium capiant, & pereant. Floris nectar, uti vinoso & suavi suo sapore nulli vulgari melli cedit, ita virtutibus illud si non superat, saltem adæquat. Eo adeò delectantur Hottinlotti, & nunc etiam Belgæ, ut Meli anthun nunquam prætereant, quin forbillando flores exhauriant, vel ad explendam sitim, vel ad refocilandum corpus.

Myrtus foliis Rorismariui, Bauhin, in Pinax p. 469.

N.

**N**asturtium indicum flore maximo coccineo, folio rotundo, spirans odorem Rosæ moschatæ: Flos hic per Microscopium consideratus, exhibet quinque petala, quorum tria superiora, circa tosin barbulis villosis viginti sunt

sunt conspicua, sed duo inferiora, constant striis atro-purpureis longissimis, in centro prodeunt octo stamina capitata aurei coloris. &c.

Nasturtium indicum flore Sulphureo.

Nigella latifolia flore simplici cæruleo, majore Casp. Bauhini, in Pinace. p. 145.

Nil Avicennæ, est Convolvulus foliis hæderæ, flore cæruleo. Nil vel potius Nir, Arabibus est calor cæruleus, qui Lusitanis tam Anir, quàm Anil dicitur, communiter indigo vel indica, quod indigo aliàs habetur pro Polygala indica frutescente. An verò interpretes Avicennæ ex errore hunc Convolvulum pro Polygalâ substituerint? vel anidem Convolvulus cæruleo colore tingat, nondum exactè liquet. vid. Hist. Oxon. p. m. 202. 268. 287.

Nux juglans virginiana nigra. caudice vasto, cortice per senium huiusmodi, lignoque nitido & crispatis undulato nuci juglandi Europææ haud absimilis est: foliis autem angustioribus, brevioribus, per ambitum leviter crenatis, superficie non nihil rugosa odoreq; debiliori. Flores quoque & Julos, quos quidem hætenus nondum licuit conspiciere, nequicquam à vulgari discrepare intellexi.

Nuces ipsæ juglandem communem adæquant, duplici testæ munimento, exteriori crasso, tungoso, viridi, interiori ligneo, non nihil depresso, durissimo, crassissimo nigricante crebris profundisque sulcis vel scrobiculis per longitudinem inscriptæ, & ex duabus carinis pressissimè junctis, nullâ apparente commissurâ, compacto. Nucleus includitur dulcis, edulis, quadripartitus intercussante tamen membranâ lignosa, dura, crassa. Patriam agnoscit Virginiam, è quâ in Angliam, inde in Belgiam, & tandem ad Philureos est advecta.

Stum,  
emini  
ofis &  
fita in  
ridius  
est in  
e hie-  
is ne-  
li ce-  
quat.  
æ, ut  
lando  
efoc-

469.

o ro-  
c per  
la,  
ginti  
sunt

O.

**O**leander vel Nerium Indicum, angustifolium, flore incarnato, odorato, vel, habens odorem florum Mali Perficæ.

Onobrychis major annua filiculis articulatis, asperis, clypeatis, undulatis (id est antrorsum & retrorsum) junctis, flore purpureo rubente. Hist. Oxon. p. 130.

Onobrychis annua Ceylanica foliis mimosæ, filiquis articulatis asperis, major. vid. Mimosa non spinosa major Ceylanica Breynii. Cent. 1. p. 51.

Opuntia indica major, folio spinis longissimis & validissimis armato.

Opuntia indica folio spinoso, longissimo & angusto.

Opuntia folio minori rotundiori, & compressiori.

Origanum montis Sipyli in Lydia, spica purpurea, folio glabro, glauco. Perpulchrum hoc Origanum Sipyli montis incola, nunc quoque sedem fixit in nostro Horto. Hujus radícula numerosis fibrata capillamentis emittit caniculos ramosos, dodrantaes, nonnunquam altiores, quadrangulos, infra subhirsutos, & purpurascens, supra glabros, in glauco viridantes. Hos vestiunt foliola bina ex adverso Origano vulgari minorâ, graciliora, glauca, glabra, penes radicem non nihil hirsuta, odoris jucundi, languidi. Ramorum summitates gracilescent in capitula squamosa ex parvis foliolis, pressius invicem junctis, & Dictamni Cretici acetabula mentientibus, compacta, è quibus exeunt flosculi purpurei quinque fidi, Origano ampliores cum prominentibus staminibus longulis concoloribus. Semina sequuntur quaterna, fusca in utriculis exiguis quinque fidis, apertis, more congenerum.

Ornithogalum africanum tuberosum, cæpaceis foliis, floribus luteis odoratis.

Papa-

P.

**P**Apaya Peruvianorum est arbor Platani folio, fructu Peponis magnitudine, eduli, vel magis, Pepo arborefcens Fabii Columnæ in Hernand. pag. 870. Hort. Malab. Tom. 1. p. 23. Guil. Piso, p. 159. & Bontius, nomine arboris Melon feræ. p. 96.

Pentaphylloides fruticosum Raji in Catalogo Plant. Angliæ p. 228.

Tota hæc planta castaneo est colore (exceptis foliis & floribus) gustu subdulci, ligno solido. Radix ei fibrosa undique juxta caulem turiones emittens: caulis bipedalis, aut altior, in plurimos ramos & furculos divisus: per quos ad singulos pollices pediculi semunciales alterno ordine extant, è quorum summitatibus folia densim producuntur subtus lanuginosa, supernè glabra, viridia, quodammodò pennata, è pinnulis oblongis septenis, rarius quinis composita, ita dispositis, ut ex uno quasi centro quaternæ, ex altero (scilicet superiore) ternæ prodire videantur. Flores lutei, ampli, pentapetali, unguibus tenuibus adadhærescentes, adeò ut citò decidant, novis tamen indies succrescentibus per totam æstatem; Calyx pentaphyllo- rum more, è quinque (quandoque sex) foliis lanuginosis, acuminatis constat, interpositis etiam aliis tenuioribus. Semina aut prorsus nulla, aut saltem inconspicua, nec quicquam post exactos flores præter brevem quandam lanuiginem multis staminibus, interspersis, reperies. Cau- lis singulis annis, (ne dicam sæpius) cuticulam seu corti- cem exteriorem exuit: adeò ut eodem tempore eidem cauli vel senas, vel fortasse etiam denas diveriarum cuti- cularum lacinias adhærentes conspicias.

Phalangium Allobrogum magno flore, vel Lillii flore H. O. p. 333.

E 3

Peta.

**Petasites africanus** folio *Calthæ palustris*, novum hoc *Petasitidis* genus ex palustribus Bonæ Spei in Europam transmissum, toliis & rotundis, rigidis, crenatis, *Calthæ palustris* facie, radice flavescente crassâ, cætera vulgari simile nisi quod folia florem præcedant, & in vulgari flores antecedunt folia.

**Phaseolus americanus** perennis *Caracalla* dictus, flore cochleato odorato, filiquis angustis, seminibus fuscis orbiculatis.

Pro *Caracalla* lege *Caracol* (quod *Lusitanus* denotat cochleam) ob florem qui cochleam, testæ exemtam repræsentat, integrum hujus Plantæ descriptionem vid. apud *Triumfetti*. p. 93. 96.

**Phaseolus Surratensis** villosus filiquâ hirsutâ pungente, *Parkinsonii* vid. *Hist. Oxon.* p. 69.

**Phyllum marificum** *Clusii* p. 48. l. 4. *Plant. Rar.*

**Marificum** pedali ut plurimum, cubitali interdum, est caule quadrangulo, firmo, ramoso, folia illi sunt *Oleæ*, seu verus, *zizyphæ cappadocicæ*, incana, lanuginosa mollia bina semper certo ordine & per intervalla (ut in omnibus quadrangularem caulem habentibus plantis animadvertere licet) disposita, acidi & salis gustûs, inter quæ juxta ramulos nascuntur bini globuli uni & eidem pediculo inherentes sicut in *Mercuriali* mare, vel, (ut *Theophrastus* loquitur) fructus sicuti *Oliva* cum primum ex *Mucico* sive flore emergit, geminus, testiculi hominis instar, quo continetur semen non dissimile semini *Tithymali*, rotundum, cineri initio coloris, qui tandem ad *Cyaneum* vergit; Radix minimi digiti crassitiem & longitudinem nonnunquam æquat, duraque est, lignosa, candida in multos ramos fissa.

Pisum

**Pisum indicum coccineum** hilo nigro notatum, vid.  
**Abrus Alpini.**

**Polygala frutescens** capitis Bonæ Spei, floribus spi-  
catis, **Polygalæ vulgaris**, planè similibus, Breyn. Cent. I,  
p. m. 108, 109.

**Ptarmica austriaca** flore albo pleno, **Xeranthemi**  
**species.**

Qua-

noc  
am  
hæ  
fi-  
res  
  
Ho-  
scis  
  
otat  
ra-  
oud  
  
un-  
  
est  
feu  
bi-  
bus  
er-  
xta  
in-  
ra-  
Mu-  
in-  
hy-  
ad  
on-  
sa,  
  
um

Q.

Quamoclit vel Convolvulus Pennatus, foliis Myriophylli aquatici, exoticus, Fabii Columnæ.

Non aptius poterat alii generi planta hæc exotica referri quam Convolvulorum familiæ adscribi: naturâ totoque habitu ferè similis videtur, præter foliorum pennatorum effigiem; lacte siquidem turget dilutiore, floribus oblongis, tubulosis, seu campanulatis in fundo, quinque partitis in margine, coloffino colore, hilari, lineis five plicis striatis albis, longo petiolo singulis vel duobus infidentibus, alternato situ exgeniculis viticulorum, apicibus quinis pallidis, fructu tandem oblongo ex squamoso calyce in apicem desinente, cartilagineo, aut membranaceo, cortice obducto, ut vulgaris Convolvuli, sed angustiore & longiore; seminibus intus, oblongis nigris, duris, acri gustu. Folia viticulis purpurascensibus alternatim hærent caulibus, pennata; tenui admodum divisione, Myriophylli aquatici ritu, minora, & obscurius videntia, pluribus lobis utrinque affixis, ad ter denos usque, nunc plures, nunc pauciores, unico extremum claudente, quin ex priores lobi biturcantur propter innumeros viticulos foliosos, & floridos, quos profert, arundinaceas crates adimplentes, sese (aliorum Convolvulorum more) contorquendo, maximè oculos conspicientium colore recreat, quare pensilibus hortis versus meridiem sitis gratissima existit &c. vid. Fab. Colum. in observat., pag. 72.

Rapun-



R.

**R**apunculus five Rapuntium virginianum maximum  
flore coccineo majore, est flos Cardinalis Barberini.  
Fabius Columna in Hist. Mexican. p. 879. 881.

Rapunculus galeatus americanus flore violaceo, est  
flos Cardinalis dilute cæruleo. Dodart. p. 305.

Ricinus americanus niger.

Ricinus indicus aromaticus, fructu rotundo parvo,  
cum petiolo instar Cubebæ, coloris ochrolevci.

Rosa Sinensis Ioh. Baptist. Ferrarii est Althæa arbo-  
rea flore roseo ex China. Morisson. Hist. Oxon. pag. 530.  
Hort. Malab. Tom. 2. Fig. 17. p. 26.

Ruta Chaleppensis, florum petalis longissimis lu-  
teis donatis latifolia,

**Salvia**

**E**

rio-  
tica  
urâ  
um  
re,  
un-  
ari,  
vel  
ulo-  
o ex  
aut  
vuli,  
s ni-  
s al-  
divi-  
vi-  
s uf-  
num  
nnu-  
ndi-  
rum  
n co-  
m fi-  
vat.

apun-



S.

**S**alvia folio crispo, ferrato, arborescens.

Saponaria arbor indica Horti Malab. Tom. 4. p. 44. die Seep-nooten: fructus (Poërinii) pannis lavandis & abstergendis inserviunt, ii namque in Aqua triti instar saponis albiculantem eam reddunt, lixiviale & spumofam; præterea cum squamosa & lixiviali hæc aqua aurifabri vasa argentea depurare & decoquere solent.

Scutellaria aquatica major americana; novo plantarum generi scutellato annumeratur & hæc americana planta, Scutellariæ aquaticæ vulgari Tertianaria dictæ, facie & sapore haud absimilis, cui radices sunt fibrosæ, albæ, repentes, cauliculi cubitum alti, quadrati, geniculati, emittentes ad singula genicula folia gemina adversa semidigitum longa, Tertianaria vulgari ampliora, per ambitum profundius crenata, & longioribus petiolis sulcata, ex iisdem geniculis emicant flores bini, itubulosi, galericulati, violacei, velut in Tertianaria vulgari, cui quoque respondent capsulæ seminales scutellatæ.

Sedum africanum frutescens incanum foliis orbiculatis, glaucis, limbo vel margine purpureo cinctis. Budæi à Stapel p. 335. Breynii Prodrum. p. 47.

Locis maritimis aridis, glareosis, ad Promontorium Capitis B. S. fruticis altitudine adsurgit, radice succosa, longâ, brachiata, robusta, rufuscente, nonnunquam albidâ, frequentes fibras emittente, caudice pollicem crasso, ramoso, in viridi canescente, qui parte inferâ cingitur foliis, densissimo stipatu absque petiolis congestis, orbiculatis, crassis, succulentis, aliquando volæ manûs amplitudine, glaucis, ambitu nunc rubente, nunc pallescente; parte verò superiori conspicitur nudus, in tenue geniculum protuberans, quo med ante  
diva-

divaricatur in aliquot ramulos digitales & palmares, quibus ex calyce quinque foliato dependent flores oblongi pentanguli, quinque rubentibus seu incarnatis petalis, oris sursum reflexis cum totidem è medio sese exserentibus staminibus apiculatis flavescensibus constructi. His evanidis succedunt in ore congenerum quinque filiculæ corniculatæ oblongæ, pressius invicem junctæ, includentes semina exigua ruffa.

Sesamum Ceylanicum, ex caulis alis profert flores Calathi formâ: victu majori anterius donatos, posterius satis crassa tuba præditos albos, &c.

Sesban Prosperi Alpini, est frutex Myrti magnitudine, foliis securidacæ sed longioribus & angustioribus; ramos habet herbaceos tantum & teneros: flores fert croceos Anagyridis perquam similes multos racematim ab uno ramulo pendentes à quibus siliquæ longæ producuntur, Fœnu græco quasi proximæ, in quibus semina sunt etiam Fœnu græci sem nibus non parum similia.

Sigillum Salomonis vel Polygonatum africanum flore pleno odorato Dodarti, p. 115.

Solanum Ceylanicum minimum vesicarium Bontius lib. VI. pag. 149.

Quamvis nullus dubitem, quin hoc Solanum sit idem, quod allegatus Autor nomine Halicacabi vel Alkekengi arabici proposuit: attamen, quoniam ejus descriptionem reperi nimis debilem & iconem minus accuratam, ideò in gratiam Botanophilorum paulò plenior descriptionem adjungere decrevi; nimirum inter cæteras hujus sortis species omnium minimum est hoc Solanum, facie quidem ad indicum Camerarii & I. B. accedens. partibus tamen omnibus longè tenuius & gracilius. Radice nititur tenui, alba, fibrosa, coliculis dodrantalibus rotundis tenuibus, glabris, crebros in ramos diductis media

p. 44.  
dis &  
tar sa-  
umo-  
urifa-  
lanta-  
ricana  
dictæ,  
rosæ,  
nicu-  
versa  
, per  
is ful-  
ulofi,  
i, cui  
bicu-  
Bu-  
orium  
cosa,  
m al-  
icem  
fernâ  
nge-  
volæ  
nte,  
tur  
ante  
diva-



sui parte humi procumbentibus: foliis Solano vulgari simili-  
libus, sed multò minoribus, atro-viridibus, acuminatis,  
in margine aliquando integris, nonnunquam leviter cre-  
natis. Ad horum sinus prodeunt subinde in caliculis quin-  
quefidis flores parvi, pallidè flavescentes, monopetali,  
in quinque angulos acutos dissecti, & ad fundum maculis  
fuscis inscripti. Hos excipiunt vesiculæ herbaceæ, angu-  
losæ Solano prædicto duplo minores, quibus includitur  
bacca concolor, referta seminibus depressis, pallidis in  
pulpâ virenti, acri & amarâ.

Solanum pomiferum frutescens africanum, spino-  
sum nigricans flore Borriginis, foliis profundè laciniatis.  
Huic Solano subpingitur radix alba lignosa perennis longo  
& obliquo reptatu dispersa. Ex hac truticat caulis ligno-  
sus, sesquicubitalis, ramosus, in viridi nigricans, aculeis  
mordacibus undique armatus, folia promit atro-viridia,  
oblonga, profundè laciniata, costis ab utraque parte sup-  
paribus spinis obsessis, flores ad ramorum cacumina pen-  
tapetaloideos, Borriginis facie ex cæruleo-pallentes, bac-  
cas pomi amoris amplitudine & forma, primùm ex viridi  
eburneas, deinde flavas, & ex maturitate in nigrum dege-  
nerantes colorem, foventes semina compressa orbiculata,  
fusca in pulpa flavescente vilcida, acri, amara, nauseosa  
& virosa.

Sophera foliis Lentisei Honorii Belli, & Prosp. Al-  
pini est species legitimæ Sennæ, propter florem luteum  
pentapetalum, staminibus corniculatis, & tandem ob fi-  
liquas articulatas. vid. Ponnam-Tangera Hort. Malab.  
Tom. 2. p. 101. & Prodr. Breynii p. 51.

Strammonia Ægyptiaca fœtida, flore extus violaceo,  
intus albo, simplici, pomo spinoso rotundo.

Ta-

T.

**T** Alaghas vel Tala Ceylanensium, vid. Galega indica major, vel heccædecaphyllos.

Teucrium Boeticum fruticans Clusii in Hist. Plant. rarior. lib. 3. cap. 45. p. 348. & 349.

Frutex est, qui, quamvis humanâ interdum altitudine assurgat, plerumque tamen humilior est, unico stolone minimi digiti crassitudine, candicante cortice obducto & in aliquot ramos diviso, qui tali serie digesti sunt, ut bini perpetuò sint invicem oppositi, incani, folia vulgaris fermè, majora paulo in ambitu paulò sinuata, externâ parte omninò incana, internâ verò ex atro-virentia, non tamen splendentia, gustu perquam amaro: flos candidus est, labris internè prominentibus, nullâ galeâ superius imminente aliquot oblongis staminibus aut villis ex medio flore exsurgentibus.

Teucrium regium purpureum; hæc Chamædryos species, multò altior est vulgari, humilior Teucro frutescenti communi, flosculos gerit amplos rubros, galeatos, quibus pereuntibus subveniunt semina itidem magna; folia sunt lucida & obscure virentia, Hort. Blesens. p. 311.

Thlaspi Halimi folio semper virens formâ & magnitudine à Thlaspi spinoso frutescente, non multum abludit, ast cauliculis est herbaceis, spinis omninò destitutis, pallidis, glabris, incumbentibus humi, & in aliquot alas divaricatis; foliis brevioribus, incanis, splendentibus, Halimi de more, floribus nunc in spica, nunc in umbella dispositis, candidis tetrapetalis, quos excipiunt filiculæ orbiculatæ depressæ, septo intergerino per transversum, hoc est antrorsum & retrorsum, eas in binos locutos dividente, quibus singulis includitur semen unicum orbiculatum, depressum, rufum, acre, viret perpetuâ comâ & multiplicatur per ramulos.

F 3

Vale-

Thlapsi fruticosum umbellatum persicum foliis  
Leucoii inftar semper virentibus. Dodart. p. 150. Zannon.  
Hist. Botan. p. 196. Morisson. Hist. Oxon. p. 296. Bocco. p. 51.

Tithymalus myrsinites incanus floribus tetrapetalis  
luteis. Clus. p. 189.

Tragacantha est suffrutex leguminosus, flores e-  
dens papilionaceos, pisi, aliorumque leguminum more,  
quibus singulis, sive coloris albi, sive lutei, aut luteo-pal-  
lidi purpureive succedit filiqua gemella, duplicem seriem  
seminum continens: deinde singulæ foliorū costæ mediæ  
multis foliolis albicantibus, seu incanâ lanugine obductis,  
& à regione oppositis, ornantur, nullo impari extremum  
claudente, sed loco folii imparis costa desinit in spinam  
longam, quæ versus mucronem desinit in aculeum acu-  
tissimum & pungentem; ergo commodè vocatur Traga-  
cantha quod sit Astragalus frutescens spinosus.

Trifolium armoricum vesicarium ampullatū flore  
rubello; semine subflavo.

Trifolium blesense, est idem cum eo, quod vocat  
Morisonius album, tricoccum, subterraneum, reticulatum  
Gastonianum.

Hoc ineunte æstate flores fert albos, longos, raro  
dispositos, quorum singulis deciduis, succedunt in volucra  
reticuli in modum facta, continentia in illorū gremio ter-  
na seminis, ternis suis ficulis ut plurimum inclusa, evane-  
scente flore, statim in terram descendunt rudimenta fili-  
quarum seseque ibidem condunt ad aliquot uncias, præ-  
cipuè in sabulosis pratis, agrisve, & à ternis seminibus,  
tricoccon audit, tandem Gastonianum, quoniam à Celsi-  
tudine regia, Aurelianensi duce, Regis Ludov. XIV. pa-  
truo, primo fuit detectum. Dodart. p. 121.

Tulipa Capensis Budæi à Stapel p. 334. cognomine  
Hæmanthos, est Narcissus indicus gemino latiore folio,  
flore puniceo. Ferrar. p. 135. Bul-

Bulbum pugno majorem habet ex' squamis crassis confectum, ante folia flos è bulbo erumpit, qui phœnicei coloris visui gratissimus est: ferè quinis constans foliis oblongis, latiusculis, crassis & in summo orbiculatis. Floris cavitas staminibus ex rubro-albicantibus repletur, quibus insident appendicula crocea, flos cauli spitamam longo, rotundo insistit, qui fundi albi maculis guttisque purpureis variegatus est. ideò Excellentissimo Hermanno dicitur Hæmanthos. Flore defluente semina in umbella habet multis acinis purpureis quæ grana duo vel tria singula continent, ex staminibus eminentibus.

V

**V**aleriana Canadensis Urticæ folio flore albo Cornuti.

Valerianella indica rubra Cornucopioides ob capsulam feminalem membranaceam, Cornucopiæ quadantenus similem. Morisson. de Hist. Umbellif. p. 53.

Verbena Urticæ folio indica Cornuti & Zannonis.

Velutta-Mandaru Horti Malab. Tom. 1. p. 61. est Daudan Indorum vel flos D. Thomæ, & est arbor filiquosa Malabarica, foliis bifidis, flore candido (rubro etiam) pentapetalo striato &c.

Veronica spicata purpureo flore angustifolia H. B. p. 217. 321. Clus. l. 3. Pl. rar. p. 347. H. O. p. 318.

Vitis canadensis Pentaphyllos Cornuti cap. 40. 41. Capreolis palmam (id est manum extensam) repræsentantibus donata, vid. Malpigh. de Plant. Anat. Par. 2. p. 60. 61.

Vofacan Dionysii Ionquetti, ma'è Hedysaro Canadensi, aut Asteri virginiano, luteo, membranaceo caule Parkinsonii, adnumeratur: sed magis est Chrysanthemum Canadense, præaltum, bidens, alato caule.

Omni-

foliis  
non.  
p. 51.  
etatis  
es e-  
more,  
o-pal-  
eriem  
mediæ  
uctis,  
mum  
inam  
acu-  
raga-  
flore  
vocat  
atum  
raro  
lucra  
o ter-  
vane-  
ta fili-  
præ-  
ibus,  
Celsi-  
V. pa-  
mine  
folio,  
Bul-

24c 4219. 01

Omnium Chrysanthemorum exoticorum, altissimum hoc est, caules edit senos, septenos, nonnunquam duodenos excedentes pedes, quibus adhærent folia aspera, oblonga, ad appositionem alas constituentia, secundum longitudinem caulis, unde alato caule dicitur: flores in Cimiscaulium corymbatim fert luteos, umbonem luteum cingentes, valde exiguos pro magnitudine plantæ, vix Calendulæ flores æquant, quibus fatescentibus, succedunt femina subrotunda, compressa, binis aculeis in superiore parte seminis prædita, unde bidens vocatur, ad instar Chrysanthemii cannabini.

Uxana est planta papilionaces, filiquosa, unicapfularis, non scandens, filiquis erectis, istmo interceptis quasi que articulata, & dicenda: Senna lavanica, semine nigro, depresso, cordi-formi, & trigono, floribus, & foliis amplissimis. Hort. Malab. Tom. 6. fig. 25. & Tom. 2. fig. 52. 53.

Hæc nobis ante hac sub nomine Tsiampaccæ transmissa fuit: sed perperam: est enim longe diversa arbor, quam vide descriptam in Hort. Malab. Tom. 1. p. 31. 32.

Z.

Zedoria ceylanica Harankaha Indis vocata.  
Zerumbet Garziæ ab Orto vel Zingiber silvaticum,  
Kua Malabaricis dicta, vel Walinghuru Ceylanensium.

WOT

115





n. 92,44.

H O  
B O S

E X

D. PAULC

L  
Typis

S

P.

Yc  
4214

X 201 93 41



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

